mihi salutationis plenissimae obsequia dependens, litterarum
portitorem commendo, quia mihi fide et honestate conper
tus est. uolens uniuersis quid dignationis uestrae habeam non taceri,
ut sperantes de communis gratiae messe pascantur.

ENNODIUS AGNELLO.

Solet prosperorum indicia dispergere sermonis iocunda
festiuitas, dumque quid boni facundis accesserit, germana
gaudiorum per populos suos cedis curret. facilius est ignem in
pyrites animatum lingua conprimere, quam silentium inter
optata seruare. humanitatis lex est et naturae imperium,
hilaritatem mentis opibus scriptionis effluere. En an antistes
uel si artantur secunda conclauibus, sed in magnitudine uirtutis.
sicut aetas cana est pudoris et scientiae dote, maturis consitu
laetitiam freni simo derationis adstringetis, sed numquid in
damnum gratiae disciplina debet occurrere? et hoc minui
amicorum diligentiae quod ad morum ornamenta sociatur.
Quamuis monitum Latiaris eloquentiae teneas, non potest
tamen inuenire quemadmodum iure factum adseras, quod
expectanti mihi uerba non tribuis. Decet ergo beneficia
superna sola amantibus opinione nuntiari, et de solida
gratulatione trepidare gaudiis iam potitum. Ac ego neces
sitate puerum direxi, qui non reposcat scripta, sed exigat.
Nostis quae est fiducia simpliciter amantium, eorum prae
cipue quorum sponte tenetis gratiae promissione firmatam;
Domine mihi salutationem plenissimam dicens, quaeso ut
et frequentes, et non in artum coactas epistolas destinetis.
Uidete animi mei securitatem, prolixas posco paginas, qui adhuc
nullas accepi.

ENNODIUS AUIENO.

Si uobis de paruitate mea fuisset ulla cunctatio tanti tempo
ris, silentium non permaneret; maxime cum inaequalitas
dominae meae matris uestrae, per uarios rumores sine fine
medio adfligat absentem; scio enim hoc solo sanctam feminam
facile praegrauari, quia hinc dictam pietatem exhibet non me
renti. Sed quid produco uerba catenis obligata tristitiae?
si bonam ualitudinem eius caelestis fauore fudit, propere

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0320